28 Excipiens videtur confiteri intentionem agentis, quando verba exceptionis cõcernerent confessionem explicite, vt quia excipiens dicat, verum est ꝙ debitum præcessit, tamen dico me soluisse.
29 Excipiens compensationem, vel solutionem non videtur fateri intentionẽ agẽtis.
30 Replicans se absolutum ab excommunicatione an videatur fateri intentionem opponentis de excommunicatione.
31 Confitens se occidisse hominem tenetur de homicidio, quãuis non sit verum ꝙ occiderit, & quamuis sola confessio non faceret eum homicidam.
32 Confessio falsa non præiudicat, hoc est verum probato contrario.
33 Confiteri delictum an videatur qui petit veniam.
34 Illegitimatio, an probetur per instrumentum legitimationis.
35 Emancipationis instrumento an probetur patriam potestatem præcessisse.
36 Guerra an probetur præcessisse per instrumentum treugę.
37 Bannitus probatur quis per libros bannitorum.

1 DEcem stipulatus. † Qui in defectum principalis debitoris se obligat, non tenetur nec conueniri põt nisi illo excusso, & reperto nõ soluẽdo, ideo ñ dr̃ eẽ correus, nec ẽt liberari dr̃ eo ɔuẽto, vel ẽt soluente q̃a adhuc
2 obligatus non fuerat. hic dicit ¶ † In tex. ibi, periculum põt subire. intellige hoc verũ nisi Titius post obligationẽ Mæuij semel soluendo fuisset. Et stipulator fuerit negligens in exigendo ab eo, nã licet postea efficiatr̃ Titius non soluendo non poterit agi ɔ̃ Mæuium. Casus est valde singularis in l. si fideiussores. in id. j. de fideius. Ita no. Bal. in l. fi. in prin. ꝯ. si cer. pet. pe. ex quo signanter infert quod cũ hodie sꝑ reqratur primo excussio principalis quã ɔueniri possit ad fideiussores, vt in auc. pñte. C. de fideiuss.
3 † Et sic vr̃ fideiussor effectualiter promittere in subsidiũ. facit in sti. de replica. §. fi. si post obligationem fideiussoris creditor interpellatus fuerit a fideiussore & principali cũ soluendo sit, & creditor fuerit in mora exigendi, si postea debitor efficiatr̃ nõ soluẽdo non poterit cũ effectu postea ɔueniri fideiussor ꝑ. d. l. si fideiussores. qđ ẽ bñ no. Tñ ſm intelſm quẽ ponit Imol. in d. l. si fideiussores. ille tex. nõ probaret, nã intelligebat ibi eẽ spãlẽ casum in fideiussore ꝓmittenre pro eo qui eẽt in officio, quasi fideiussor videatr̃ se referre ad tp̃s finiti officij. In alijs ãt dicit simpliciter
4 hr̃e locum. l. istã. † Sed aduerte quia vtroq; casu vr̃ hr̃e locũ rõ. l. si fideiussores. atteoto maxime ꝙ tp̃s finiti officij non constituit creditorem in mora, qñ tp̃s ibi fuit appositu fauore creditoris, vt recte intuenti clare patet, vnde noo debet in eius odiũ reduodare. l. qđ fauore. C. de legi. & sic vr̃ illa. l. intelligẽdã simpliciter ẽt qñ promisisset ꝑ eo qui non eẽt in officio, put ẽt vr̃ intelligere gl. & Bar. & in l. si fideiussor creditori. j. de fideiuss. & ita ẽt voluit clare Pau. de Cas. in d. l. si fideiussores. Rap. vero ibi dicebat ꝙ ibi erat spãle in fideiussoribus ꝑtorijs qui dabãtur ex necessitate ꝑ curatorem quia intelligunt dari ſm mentẽ ꝑtoris. s. ꝙ teneãtur in id qđ non poterit exigi tp̃e finitę curę ꝑ l. iij. C. de ꝓbat. Sed adhuc nõ discedo a primo intellectu non ob. d. l. iij. q̃a vt ẽt ibi dicebat Pet. & Cy. illa. l. iij. nõ hẽret locũ in fideiussoribus, ut
5 patet in l. inter eos. §. j. j. de fideiusso. ¶ † Sed solũ in tutoribus, q̃a
6 tutores inuiti creantr̃. l. j. & quasi ꝑ totũ. C. de execu. tuto. † sed fideiussores spõte ꝓmittũt, ideo magis succurritr̃ tutorib. ar. l. si fideiussor. §. necessaria. cũ si. ꝯ. q satis. cog. Raph. hic ẽt licet de Bal. in d. l. fin. mẽtionẽ nõ faciat, tñ vr̃ tenere ɔ̃ eum alia rõne, q̃a d. l. si fideiussores. loqr̃ qñ secũdus ꝓmissor nõ ꝓmittebat pure, sed illud qđ a primo exigi nõ posset, fideiussor vero simpl̃r ꝓmittẽs vr̃ obligatus pure, licet hodie posset se tueri exceptione, ꝑ dictã authẽ. pñte. Sed certe ꝑ hoc nõ infert quo ad ꝓpositũ nr̃um cõcludẽs rõ diuersitatis, maxime attẽto eo qđ no. Bar. i l. fi. in prin.
7 ꝑ illũ tex. ꝯ. si cer. pet. ꝑ quẽ suũ intelſm † dicit qđ in terminis huius legis & d. l. si fideiussores. cũ si. fideiussor põt ɔueniri ac si pure ꝓmisisset oisi upponat exceptionẽ. Et sic æqparatr̃ fideiussori,
8 de quo loqr̃ tex. in d. auc. pñte. ¶ † In text. ibi, nõ. n. sunt duo rei. subaudi, nec ẽt est vnus principalis alius fideiussor, q̃a si ita esset posset iure digestorũ agere creditor ɔ̃ quẽ vellet. l. nõ recte. de fideiussori. & vr̃ velle tex. hic, qđ isto iure per peti. factã in iudicio aduersus vnũ ex duobus reis debẽdi alter sit liberatus. & ita etiã vr̃ tex. in l. ij. j. de duob. re. hodie secus. l. fina. C. de fideius. Tñ cõis opi. istius in isto iure ẽt seruabatr̃ ꝑ id qđ hr̃ in d. l. fi. vt no. glos. & doc. in d. l. ij. & plenius Bar. in l. ex duobus. in iij. q. eo. tit. & tunc
9 oportet rñdere ad istũ tex. † ꝙ ideo hic dixit, nõ. n. duo sunt rei ad ondẽdũ ꝙ qñ duo sunt rei creditor põt eligere quẽ vult. Secus in casu huius. l. q̃a de necessitate conueniri debet prius ille qui primo ꝓmisit. ¶ No. qđ priuatio ꝑsupponit habitũ. & facit ad ea q̃ dicam

dicam post gl.¶In gl.fi.no.ex hac glo.no.simil.ad d.auc.pñte.nã
a eius dispõ fallit vbi manifestũ [a] eẽt principalẽ debitorẽ non esse
soluendo,q̃a tũc nulla ↄtra eũ facta excussione poterit conueni
10 ri fideiussor.† Et ꝑ hoc dicebat Bar.hic, ꝙ añ excussionẽ factam
ↄ̃ tyrãnũ debitorẽ q̃ nõ poterat conueniri,eo q̃a erat in loco for
tissimo poterit agi ↄ̃ fideiussorẽ.Et idẽ voluit Cy. in d.auc.pñte.
in ij.q.Et Barto.& ẽt Bal.in l.fi. ꝑ illũ tex.in prin. ꝟ.si cer.peta.&
Bal.in l.j.in ver.q̃ro verũ istã l.&c.C. de reuo.his q̃ fi.in frau.& in
l.j.in ij.q.C.si quid in frau.pa.& in l.j.C.de ↄue.fis.debi. lib.x. Et
Angel.in §.sed neq; in auc.de fideius.& in l.exitus. ꝟ.de acq.pos.
11 & in l.ij.in prin.ꝟ.q. satis.cog.& hic.†Et ex hoc infert Imol.hic,ꝙ
si cõstat principalem eẽ rixosum,& cõsuetũ nõ soluere verũ debi
tũ sine litigio,poterit creditor agere ↄtra fideius.non facta excus
12 sione ↄ̃ principalẽ,†q̃a satis dici põt principalẽ nõ eẽ soluendo.
cũ q̃s idoneus dicatur nõ tam ex facultatibus quã ex fide & con
ueniendi facilitate.l.si q̃s stipulatus sit stichũ.in fi.ꝟ.e.l.ij.in prin.
& ibi Bar.ꝟ q. satis.cog.Et no.gl.in l.ij.in prin.in vers.suspectus.ꝟ.
sol.mat.facit.l.j.§.fi.cũ l.se.ꝟ.de ali.iu.mu.cã.fa.Et hic reputat mẽ
ti tenẽdũ.Est ergo cõis cõclusio ꝙ vbi cõstat principalẽ nõ eẽ sol
uendo nõ requirit excussio.Tñ Iac.Bu. ↄtranũ tenuit in auc.hoc
si debitor.C.de pig.nã ſm eũ videmus in simili ꝙ non sufficit ꝙ
quis sciat nisi iudicialiter sciat,ut no. ꝑ gl. & doc.in l.emptor.C.
de euic.& in l.nomi.C.q̃ res pig. Tñ eius opi.cõiter reprehendit
ꝑ d.l.fi.in prin.cũ gl.¶ Nõ ob.id qđ no. in d.l.emptor.cũ si.quia
ſm Imo.illã loquuntur in casu valde diuerso. Sed aduerte,quia
tex.in d.l.fi.si cer.pet.nõ ꝓbat cõem opi.nisi ſm glo.quæ diuinat
ad illũ tex.ſm qđ fatentur ibi Bar.& doc. vñ ꝓ opi.Iac.But.facit.
Nã ad hoc ut possit agi ↄ̃ fideiussorẽ,non solũ requirit factam eẽ
excussionem, sed etiam requiritur ꝙ ꝓnũciatum sit excussionẽ
eẽ legitime factã,vt no.Bar.in l.stipulatio. §.hẽt. ꝟ.de ope.no.nũ.
13 cũ cõcordan.† Sed ita ẽ ꝙ manifestũ,& notoriũ nõ operat quin
requirat sñia,vbi als sit necessaria.c.cũ sit Romana.in fi.de appe.
No.gl.in c.ad nřam.el.ij.de iureiu.Et Bar.in l. emptorẽ.in prin.
ꝟ.de act.emp.& dictum fuit in l.is cui bonis.ꝟ.eo. ergo ↄ̃ fideius-
sorem agi non poterit nisi prius ꝓnũciet excussionẽ eẽ legitime
factam.Et hoc puto verissimum tenẽdo illam opi.ꝙ nõ solũ req
ratur excussio,sed ẽt sñia,qua ꝓnũciet excussionem eẽ legitime
14 factam.†Bñ fateor ꝙ non erit necesse exploratores mittere ad ꝑ-
quirẽdũ an principalis sit soluendo ꝑꝑ notorium qđ releuat ab
onere ꝓbandi.l.ea q̃dẽ de accu.& ita saluabitur opi. gl.& Barto.
hic. Quod no.quia declaratũ non reperies. ¶Et iuxta hoc dicit
no.Bar.in d.l.fi.si cer.peta.ꝙ si principalis debitor eẽt cõdẽnatus
de crimine,& bona essent publicata,ꝙ tũc põt nulla excussione
facta agi contra fideiussorem,q̃a cõstat debitorem non eẽ soluẽ-
do.sed aduerte, q̃a licet nõ requiratur tunc excussionem fieri ↄ̃
principalem,tñ vř ꝙ ↄ̃ fiscũ q̃a succedit loco eius.l.tutoris.C.ad
15 l.Iul.de vi.debebit fieri excussio.† fiscus.n.sꝑ dř eẽ soluẽdo.l.ij.ꝟ.
de fun.do.Et hoc in terminis nřis voluit gl.& Bal.in l.sñia.C.de
fideius.& Bal.in l.j.eo.n.Et Rap.& Pau.de Ca. in d.l.fi.si cer.peta.
licet de gl.Bal.mentionem non faciat. Ad hoc etiam uide Bal.in
l.j.C.de cõuen.fis.debi.lib.x.vbi signanter dixit ꝙ ille q̃ a princi-
pio fideiubet pro fisco, vř renũciare bñficio excussionis,q̃a als
fideiussio eẽt inanis cũ fiscus sꝑ sit soluendo,vt dixi, qđ ẽ no.ad
qđ vide qđ ipse Bal.no.in l.sñia. ¶ Iuxta hæc ẽt dixit eleganter
b Ang. [b] attẽtari posse ꝙ in casibus in q̃bus fieri debet excussio cõ
tra principalem si aliqua excussio nõ ꝓcessit, & in iudicio intẽta
to ↄ̃ fideiussorẽ opponat fideiussor de excussione nõ facta ꝓce-
det nihilominus iudiciũ,dũmõ actor replicet ꝙ fideiussoris non
interest opponere exceptionẽ excusionis non factæ, eo q̃a pa-
ratus est ꝓbare principalem nõ eẽ soluedo,allegat gl. ſm viam
opi.q̃ ad hoc reputatur sing. in l.nisi ad hoc.ꝟ. de pact.¶ Non.n.
audiri debet opponens exceptionẽ quã opponere non interest
opponentis.l.ille a quo.§.si de testũ.ꝟ.ad Treb. cũ inter.de elect.
& sequitur hoc simplr Imo.hic Addo Bal. idem tenẽtẽ in l.cum
testiũ.C.de testa.ma.& in §.j.C. de reuo. his q̃ in frau.cre. & in l.
ij.C.com.di.& Ang.in §.sed neq;. in auc.de fideius.& in l.exitus.
de acquir.pos.& Imol.in c.fi. de emp.& vend. nam ꝓdesse debet
actori si pendente iudicio oñdit principalẽ non eẽ soluendo,q̃a
ius superueniens actori ex cã de ꝑterito validat iudiciũ.l. si rẽ.§.
fi.ꝟ.de pig.act.& istã opi.etiam sequitur Pau.de Cast.in d.l.fi.§.j.
16 ꝟ.si cer.pet.ad qđ ẽt vide ibi Bal.¶ †Quærit hic Bar.iuxta hãc gl.
qualiter fiet notorium iudici debitorem nõ eẽ soluẽdo.Rñdet ꝙ
in ciuitatibus in q̃bus hř æstimũ facile ẽ hoc oñdere,quia ꝓbat
oñdẽdo librũ æstimi.in quo appareat debitorẽ hře tñ in bonis,
nã si fideiussor vult dicere ꝙ plus habeat debitor in bonis illud
oñdat.alleg.not.ꝑ gl.in l.cũ de leg.ꝟ.de ꝓbat.¶ Addo Bart.in sili
idẽ volẽtẽ in l.si ↄstite.in j. q.j.partis principalis.ꝟ. sol. mat.& in
l.ↄficiuntur.§.codicilli.ꝟ.de iure codi.& in rub.de ope.no.nunc.

Et in l.fi.§.licẽtia.ꝑ illũ tex.& ibi etiam Bal.C.de iure delibe.Et
in terminis nřis firmat Bal.in l.q̃cũq;. C.de ser. fugi.& in l.fi.§.j.
17 ꝟ.si cer.pet.Et.d.Cardi.in c. Odoardus.de sol. † Sed Bal.Ang.Ra-
pha.Imol.hic,& Imol.in d.c. Odoardus ↄ̃rium tenent.s. ꝙ ꝓbõ
c ꝑ æstimũ [c] nõ sufficiat sed fieri debeat ꝑ nũcios & exploratores
missos a iudice ad inuestig.l.magis puto.§.ne passi de rebus.eo-
rũ.No.ꝑ doc.in d.auc.hoc si debitor. nam ꝓbõ ꝑ æstimũ nõ cõ-
cludit necessario, q̃a nõ sequitur in æstimo non sunt descripta
plura bona,ergo plus nõ hẽt. Itẽ si debitor tpe æstimi plus non
habeat,ergo hodie nõ hẽt amplius cũ lex ꝓsumat ↄ̃rium,qm̃ sꝑ
lucrari põt.l.si defunctus.C.arbi.tuto.l.cura.§.j.de mune.& ho.
Posset ꝓ ↄcordia sic dici ꝙ opi.Bar.ꝓcedat qñ in ciuitate erat sta-
tutum,vel factũ ꝓclama ꝙ q̃libet teneret absque mora facere de
scribi in æstimo oĩa bona sua tam mobilia quàm immobilia ac-
quisita,vel acq̃rẽda.Et tunc siue sit ↄ̃facienti imposita pęna a sta
tuto,siue nõ,cum faciens cõtra legem siue statutũ nõ imponens
pęnam extra ordinem,vt est gl.nu. in l.nemo martyres.C.de sa-
cros.eccle.Et in dubio ꝓsumitur quem fecisse id ꝑꝑ ꝙ pęnam in
curreret.l.merito.ꝟ.ꝓ soc. Not.Bart. in l.genitiu vers.circa tertiũ
principale.ꝟ.de acq̃r.hære.vnde æstimum vř tunc ꝓsumptiue ꝓ-
bare ꝙ quis plus non habeat q̃ ibi descriptum sit. ¶ Aestimum
enim fidem facit cõtra describi facientem vel cõsentientem.l.cẽ
sualis.secundo responso.C.de donatio.Quam ita allegat Bal.in
l.pe.ꝟ.de condi.insti.Sed si statutum disponeret ꝙ q̃s teneat tñ
immobilia describi facere,vel ꝙ debeat quis describi facere bo-
na quæ habet tempore quo cõficitur æstimum. Et tunc vera sit
opi.ↄ̃ria ꝑ rõnes.ꝟ.allegatas.Non ob.dicta lex.cum de leg.ſucto.
d.§.licentia.per quem glo.se fundat,quia loquitur de probatio-
ne quæ fit per inuentarium ad probandum quantitatem rerum
quæ erant tempore facti inuentarij.s. tpe mortis defuncti , nam
illud probatur per inuentarium in quo describi debent tñ res
hæreditariæ quæ erant tempore mortis defuncti.l.fi.§.si autem
dubius.C.de iure delibe. ¶ Item ibi interuenit citatio legatorũ,
de quorum præiudicio tractabatur in §.sancimus.in authentic.
de hæredi.& falc.Sed in casu nostro tractatur de probando illa
non esse in bonis debitoris , tam tempore æstimi confecti , quã
post. ¶ Item hic in æstimo nulla interuenit citatio fideiusso-
18 rum & cætera. † Præterea in d.§.licentia. præsumitur plura non
esse bona , quia als præsumeretur delictum in hærede, scilicet
ipsum occultasse bona propter qđ patiatur pœnam , quia pri-
uatur falcidia.l. rescriptum supra de his quibus vt indign.¶ Vel
aliter responde , vt per Iaco.Butri.in dicta.l.cum de lig.& in l.
actor.C.de probationi.& per Imol.in rubric.de ope.nou.nunc.
& in dicta.l.si constante.in principio. & per Paul.de Cast.in l.
19 Mæuia.§.fina.eodem titulo. ¶† Iuxta hoc etiam quærit Bartol.
an in excussione quæ fit contra principalem ad finem vt eo re-
perto non soluendo agi posit contra fideiussorem , vel tertios
possessores bonorum debitoris iuxta authenti.hoc si debitor.
d C.de pigno.requiratur citatio [d] fideiussoris & possessorum . Et
concludit post Iaco.de Are.sic, per l. si deserta.C. si propter pu-
bli. pensi Et not.per glo.in l.cum miles.§.primo ex quibus cau.
maio.sufficit tamen generalis citatio secundum eum per l.si eo
tempore. C. de remissio. pigno. Sed Bald. & Angel.hic dicunt
quòd processus excussionis non oritur principaliter contra de-
bitorem , sed contra fideiussores & possessores . Et ideo si tales
sunt certi debent nominatim citari.l. prima.§.penulti. supra de
ven.inspi. & in authenti.de hæred.& fal.§.sancimus.cum gloss.
in verbo agentes. Sed vbi non sunt certi procedat opin. Barto.
per iura sua.Imol. hic concludit ꝙ aut petitur pronunciari ex-
cussionem esse legitime factam, & sic apertam esse viam contra
fideiussores

ADDITIONES.

a Thom.¶Manifestum.Vide Ias.l.sed si cum Seio. §.fina.supra si cert. peta. & ibi an sit necessaria excus.in bonis alibi sitis. & per Alexan.de Imol.in consi.74. in iij.volumi.inc.in causa quæ vertitur inter agentes. & vide Alexand.in consi. 22.in iij.volumi.inci.in causa excusionis. vbi ponit plene materiam illam & ibi si non fuit opposita d.excusio an reddat processum nullum.& vide. Ang. de Are.plene in §.item si quis in fraud.insti. de actio. & vide Bald.in consi. 22. in ij.volumi.inci.tres sunt casus,an si agit contra debitorem mei debitoris sit accessoria excusio, & vide Iac.de Are.in suo tract.excusionum.

b Thom.¶Ang.Vide Ang.in auc.de fideius.§. sed neque , vbi etiam ponit ꝙ si põt fieri discussio prin.potest fieri pẽdẽte iudicio cõtra fideiussores vel pig.pos.

c Thom.¶Aestimum.Vide Ias. hic plene per Alex.in consi. 36.in 5.vol.inci.viso processu causæ.& in consi. 185.e.vol.inci.in causa appellationis.& in cõsi.92. in ij.vol.inci.viso & discusso iniurioso processu.& in consi. 147.in 5.vol.inci. inspectis instrumentis mihi exhibitis.& Bal. in consi.suo quod inci. sciendum est ꝙ aliquando.& doc.in c.ad audien.de præscrip.

d Tho.¶Citatio.Vide Ang.de Are.in §.si quis in fraudẽ insti.de act.in ver.quæ. rit quãdo fit excusio,vbi esse dicit communẽ opi.citationẽ esse necessariam. & vide d.Ber.de Buchis de Perusio in suo tract.discussionum.in j. q.princ.

fideiussores,& possessores.& tunc procedat opin.Bal. & Ang. Et
vltra no.per eos allegat not.per Inn.in c.in nostra.de procu.& in
c.fi.de maio.& obe.& in c.fi.qui ma.accu.pos. Aut petitur pronũ-
ciari excussionem esse legitime factam tenendo opi.q non sit ne
cesse pronunciari.Quam opi. putat veriorem per not. in l.fanci-
mus.§.fi.post I.a.Bu.C.ad Treb.& per doc.in d.§.habet.Et tunc in
processu excussionis nulla requiretur citatio,quia iudicium prin
cipaliter dirigitur ↄ debitorem.Licet ergo in consequentia redun
det ↄ fideiussores non debet esse necessaria eorum citatio per no.
per gl.no.in l.de vno.in gl.ij.ſ.de re iud.q ad hoc ipse allegauit in
d.§.habet.ver.hoc tenuit.Pro hoc etiam facit, licet ipse non alle-
get, bonũ textum in l.authori. C.de euictio. & quod ibi Bald.&
istud ẽt tenuit Bal.in l.j.C.ne fil.pro pa.vbi ad hoc allegat in simi
li.l.j.C.de aduo.di.iudi. Idem ẽt vr tenere Ang.in l.in cognitione.
per gl.cum ibi no.ſ.ad Silla.& Ang.in l.si perlusorio.§.j.de app.fa
20 cit,q no.Bal.in l.libera.C.de sent.†Ego puto indistincte, q requi-
ratur citatio fideiussorum,& possessorum,sicut requiritur citatio
omnium de quorum præiudicio tractatur in ↄñam, quia agitur
de priuato interesse,vt late probat Bart.& ibi dixi in l.cum filius.
in prin.ſ.eo.dum alle.l.j.cum gl.C.de fal. & gl.in d.l.cũ miles. Et
in terminis nostris hic sequitur Ang.in d.§.sed neq;.& in d l.cum
filius.& in d.l.de vno.Et Bal.in l.ij.C. qn fis. vel priua. Bene facit
tex.in l.a sententia.in prin.ſ. de app. vbi snia lata ↄ principalẽ nõ
facit plenam probationem,nec plenum parit præiudicium ↄ fide
iussorem sicut nec snia lata ↄ vnum hrdem facit plenum præiudi
cium alteri cohæredi,vt ibi in verbo itẽ,& ibi ponderant doc.Nõ
ob.id,qđ no.gl.in d.l.de vno.qa gl.pcedere posset q̃tum ad hoc,
vt actus valeat, nam valebit actus ẽt non citato illo de cuius præ-
iudicio in ↄñam tractatur, vt ibi in gl.tñ non præiudicabit ei.d.l.
si deserta.& c.inter quatuor.de maio.& obe.cum alijs.ſ.all. Et ita
no.voluit Bal.in l.ab eo.C.quo,& qn iud.alle.not.per Inn.in c.fi.
de maio.& obe.vel dic.q illa gl.allegando.l.sępe.eo.tit.sensit q in
casib.positis in d.l.sæpe.non requiritur citatio illius de cuius pre-
iudicio in ↄñam tractatur,licet snia ei noceat,vt no.Inn.in c.i.nfa.
de procura.& dixi plene in d.l. sæpe. Sunt enim illi spãles casus.
¶ Item rñdeo ad d.l.autori.q illud ideo ibi est, quia mora princi-
palis nocet fideiussori.l.mora.ſ.eo. Sed nos non quærimus de ef-
fectu morę,sed de præiudicio actorum seu sniæ super excussione.
Non ob.d.l.j.C. de aduoc.di. iud. quia non dr ibi q non requirat
citatio illius de cuius præiudicio in ↄñam tractat imo Cyn.ibi ad.
fi.expresse dicit necessariam citationem eius. Item non ob.d.l.in
cognitione.cum ibi no.quia rñde,vt per Bar.in d.l.cum filius.Ad
no.p Ang.in d.l.si perlusorio.rñde,vt per Imo.eũ reprehendentẽ
21 in ea.l.j.§.j.†Bal.aũt in d.l.j C.de conuen.fisci de.dicebat, q fide-
iussor qui expresse consensit obligari in defectum principalis nõ
existentis soluendo,vt in terminis huius.l.non debet citari.Secus
in tertio possessore, quæ distinctio non probatur.l.& est ↄ supe-
rius dicta.ipsemet Bal.in l.ij.in iij.no.C.de fi.instr.vr velle q absq;
citatione præiudicet fideiussorib.& possessorib. hñtib. scientiam
de processu.Non aũt ignorantib.per d.l.sæpe. ¶ Sed dic,q lex sæ
pe loquitur in casib.longe diuersis,vt ibi per gl. & doc.& ibi aliás
plenius declaraui.Et de hoc articulo vide ẽt Bart.in d.§.fin.l.j.ſ.fi
22 cer.pet.¶ †Retenta ergo ↄlone q requiratur citatio, est dubiũ an
sufficiat gñalis.Et puto q in processu executionis qn petitum nõ
est pronunciari excussionem esse legitime factam sufficit gñalis,
quia principalis processus dirigitur ↄ debitorem,licet in ↄsequẽ
tiam ↄ fideiussorem.Hæc opi.probatur in d.l.si eo tempore.indu
cendo,vt ibi per Bar.Ibi enim illa venditio pignoris principaliter
fit ↄ debitorem in ↄñam vero ↄ priores creditores, ideo sufficie-
bat illa generalis, aut petitur pronunciari excussionem esse legi-
time factam,& tunc quia principaliter dirigitur ↄ fideiussores vę
23 ra erit opi.Bal.& Ang.per allegata per eos. ¶ † Vtrum aũt in ter-
minis huius.l. valeret iudicium inchoatum ↄ Męuium non facta
prius executione ↄ Titium si de hoc per Męuium non opponat.
vide Bar.& alios in d.l.fi.Et cã breuitatis concludo,q sic,dummo
do pendente iudicio ↄ Męuium ostendatur Titium non esse sol-
uendo.& sic impleatur ↄdõ sub qua Męuius promiserat per ea q̃
dixi.ſ.allegando.l.si rem.§.fi.ſ.de pig.actio. cum authoritatib.ſ.al
legatis.aliás aũt si hoc non ostenderet apparere.agentem agere si
ne actione ↄ Męuium non impleta ↄdõne, ideo posset officio iu
dicis repelli ẽt parte non opponente.iuxta no. per gl.in l.vbi pa-
ctum.C.de transac.ad quæ vide no.per Bal.in l.ij.C.cõm.diu.& p
24 Bar.in authe.hoc si debitor.in fi.† Ab extra,quia hic dr in text.q
priuatio præsupponit habitum,quæsiuit Bar.quid si excepi ↄ Ti-
tium,q erat excõicatus ipse replicat, q est absolutus, an videatur
fateri excõicationem adeo q fundet intẽtionem opponentis. Et
ista qõ pendet ab illa qua quæritur an excipiens videatur fateri,
quia sicut se habet exceptio ad actionem, ita se habet replicatio
ad exceptionem.l.ij.in prin.ſ.de exce.c.dilecti.de exceptionib.Et
in proposito æquiparat ista duo gl. in c.exceptionem obijciẽs.de
reg.iur.in vj. In quo omissa varietate opinionum pp prolixitatẽ.
capio opi.Bar.hic, & in l.non vtiq;.ſ. de exceptio.vbi per gl. & in
l.si quidem.C.de excep.Et vr velle Bar.qđ si quæritur an excipiẽs
videat fateri,dicendum sit,aut actor qui agebat ad decem fatetur
exceptio.rei esse veram,vt quia reo opponente exceptionem pa-
cti de non petendo,actor replicat dicens,verum esse factum fuis-
se per me pactum de non petendo,tñ postea tu mihi fecisti pactũ
de petendo , & tunc reus videtur fateri intentionem actoris exci-
piendo.Et sic vr fateri debitum præcessisse per l.qm.ſ.de infam.&
l.cum debito.circa principium.ſ.de proba. Et hoc verum qñ per
confessionem rei potuisset reus sibi prẹiudicare,aliás secus,per le
gem interrogatã in rõne sui.C.de libera.cau.vt hic declarat Bart.
25 † Ex quo infert qđ ille qui allegat se absolutum ab excõicatione,
non vr fateri se fuisse excõicatum ẽt si aduersarius non ↄdicat al-
leganti, qa ẽt confitendo expresse non poterat facere se excõica-
tum si non erat. Aut actor negat exceptio.rei,vt quia negat factũ
fuisse pactum de non petendo , & tunc per exceptionem rei non
vr fundata intentio actoris, quia quis non põt se fundare ex illo,
q impugnauit.l.Papinianus.§.meminisse.ſ.de inof.tes.c.ex eo.de
reg.iu.in vj.& isto casu procedat text. in d.l.non vtique.& in d.c.
exceptio.Et dicit Bart.hic in fin.istud esse verum,siue actor neget
exceptionem procedere negando factum,i.pactum fuisse factũ,
siue neget tantummodo solennitatem,vt qa fateatur pactum es-
se factum,sed solenniter.alleg.l.post legatum.in prin.ſ.de his qui
bus,vt indig.quæ sm Rapb.hic potius facit ↄ cum.& in hoc vlti-
mo ipsemet Bar.in d.l.non vtiq;.tenuit ↄriũ eius, q hic dicit. Sed
dic,q in prædictis nun attenta distinctione prædicta magis cõis,
& verior snia est,q indistincte reus excipiendo, & similiter actor
replicando non vir confiteri intentionem aduersarij per d.l.non
vtique. & d.c.exceptio. quæ indistincte loquuntur. Et est bonus
tex.in c.venera.de except. Et cõiter ibi oẽs sequuntur Cano.Pro
hoc facit,quia except. opponitur ad excludendum ius actoris.l.
ij.ſ.de exceptionibus.ideo non debet, producere contrarium ef-
fectum.l.legata inutiliter. in prin.cum vulgaribus.de legat.j.Et
istam opinio.sequuntur Iacob.de Raue.Petr.& Cyn.in d.l.si qui-
dem.& in c.exceptio.& idem Bal.ibi,& Spec. & Ioan. And.in tit.
de exceptionibus.§.viso in pluribus.vers.illius. Idem tenet glo.fi.
in c.j.de testibus.in vj.& est glo. notabilis in l.Iulianus.in glo.ma-
gna.de conditione indebiti. quam ibi , summe ponderat Barto.
volens,q reus opponens exceptio.sol. non videatur confiteri de
bitum præmisisse,& fundare intentionem actoris. istam opinio.
sequitur etiam Bald.in d.l.alia.C.de his quibus,vt indign.Et in l.
age.in ij.not.per illum text.in verbo,probatam.C.de transact.&
Bal.in repetitio.l.cum mulier.ſ. solut. matri.& sequitur ibi Imo.
Et in l.Gallus.§.forsitan.de liber.& posthum. & Ange.& Rapha.
Imo.& Pau.de Cast.hic,& dom.Anto.& Imo.in c.ex parte deca-
ni.de rescrip. & istud tenendum est quicquid dicent gl.in auc.de
exhibon.reis.§.suscepto.in ver.contestatio.in fi.quæ dicit q si reus
opponit except.& illam non probat , vr fateri intentionẽ actoris
q̃ pro sing.allegauit Bald.in l.ij.C.qn fisc.vel pri.& non bene per
prædicta. Non ob.d.l.qm.quia illa non loquitur in except.sed in
ↄtractu transactionis. Vel aliter responde,vt per Bal.in l.furti.§.si
penes.ſ.de infa.Non obst.l.cum de indebito.quia actor ibi allega
bat mihi soluisse decem tanquam debita,nunc autem dicebat es
se indebita,nam verum est,q videtur actor fateri pręcessisse debi-
tum si reus non negat solonem,& illud est ex eo, quia in dubio
nemo soluens præsumit iactasse suũ. Non aũt est ex eo q allegã
do priuationẽ,i.solonem dicatur fateri habitũ præcessisse est ob-
ligationem.Bald.aũt in l.j. C. de confes.& in l.j.C.de fur.& in l.si
magnum.C.q acu.& in auct.si dicatur.C. de testi.vr limitare pdi-
cta,dicens q qn exceptio de necessitate fundat intentionem acto
ris,tunc reus vr fateri,vt si excipiendo dico q sum liberatus, quia
fecisti pactum de non petendo.Nam illud verbum liberatus præ
26 supponit obli.vt hic.† secus si simplr oppono excep.pacti de non
petendo,qa esse põt q nullum pcessit debitum. Tñ fuit factũ pa-
ctũ de non petendo.Quod est no.p limita.d.l.non vtiq;.Sed ad
uerte,qa Ang.& Imo.hic,licet de Bal.mentionẽ nõ faciant vidẽ-
tur tenere ↄriũ , qa licet opponendo de liberatione videar fateri
obligationem,vel debitum pcessisse, tñ non videor fateri intẽtio
nẽ actoris.s.me obligatum esse de prñti, imo expresse nego.Et iõ
non videor fateri. & hæc est rõ.d.l.non vtiq;. facit.d.l. legata inu-
27 tiliter.¶ †Secundo limita pdictam conclusionẽ nisi præsumptio
esset ↄ opponentem , vt si ego accusatus de homicidio oppono
me occidisse ad mei defensionem,nam præsumptio est ↄ occidẽ
tem q dolose fecerit.l.j.C.de sicca.l.si non conuicij.C.de iniurijs,
ideo videor fundasse intentionẽ accusatoris pp præsum.quę est

contra me.Et hoc voluit eleganter Bar.in l. Aurelius.§. idem quę
ſijr.de lib.lega. & ꝓbaᷣ in d.l. cũ de i.ndebito. de ꝓbat.prout pxi.
28 ¶†Tertio,limita niſi verba exceptionis cõcernerent ꝯfeſſionẽ ex
plicitę,vt qa excipiẽs dicat verũ ẽ,ꝙ debitũ ꝑceſſit, tñ dico me ſol
uiſſe.c.pterea.el.ij.de tráſ.& no.gl.in d.l.exce. & Io.An.in c.cũ ve-
29 ne.¶†Ex prædictis inferᷣ an opponens exceptionẽ ꝯpenſationis
videaᷣ fateri.In quo Bal.in l.nemo.aliàs in l.cũ pact.C.de ſent.te-
nuit,ꝙ ſic,quaſi videaᷣ expreſſe fateri,vt proxime dixi.Contrariũ
vᷣ verius per ea,quæ dicta ſunt.s.& per not.p gl.in d.l.Iul.vbi op-
ponens exce. ſolonis eui æquiparaᷣ compenſatio non vᷣ fateri.
30 †Ex præmiſſis ẽt patet deciſ.q.s.formatę.ſ.an replicans ſe abſolu
tum ab excõicatione videaᷣ fateri intentionẽ opponentis de ex-
cõicatione.Nam colligiᷣ ex præmiſſis, ꝙ non,per d.l.non vtiq. &
hoc vᷣ veriſſimum per illam.l. non ꝓ rõnem Bart.ſe fundantis,ꝙ
replicans per ſuam confeſſionem non poſſet ſe facere excõicatũ,
31 ergo &c.d.l.interrogatam.†Nam hæc rõ non concludit,patet per
l.ſi is cum quo.s.de confeſſis.cum ſi. ibi alle.in gl. vbi ſi quis non
occidit ſeruum,& confeſſus eſt ſe occidiſſe tenetur q̃uis ſola ꝯfeſ
32 ſio non poſſit facere ipſum verum homicidam. ¶† Nõ ob.d.l.in
terrogatam.qa confeſſio non pręiudicat, hoc eſt verum probato
ꝯrio,vel non pręiudicat,vt ibi,quo ad veram mutationem ſtatus.
tñ quo ad illum in cuius fauorem facta eſt confeſſio bñ præiudi-
cat,maxime in iudicio.l.iubemus.C.de libera.cau.An aũt qui pe
tit ſe abſolui ab excõicatione videaᷣ fateri ſe excõicatum. & ma-
xime qñ dixit ſe petere ad cautelam,dic,vt hic p Bar. & per Inn.
in c.ij.de ord.cogni.& in c.cum contingat.de of.deleg.per Io.An.
in c.ſolet.de ſen.excõ.in vj.per Cy.& Imo.in l.cũ tale.§.fi.s.de ꝯd.
33 & demo. ¶† Et ſimiliter an qui petit veniam videaᷣ fateri ſe deli-
34 quiſſe,dic,vt per glo.in c.exhibita.de hom.¶†Similiter facit hæc
l.an per inſtrm legitimationis probetur quẽ fuiſſe illegitimũ, de
quo dic,vt per Bal.in l.ij.per illum tex.C.de iur.aureo. annul.te-
35 nentem,ꝙ ſic. †Item an per inſtrm emancipationis probetur pa
triam ptãtem ꝑceſſiſſe,dic,vt p Bal.tenentẽ,ꝙ ſic,in l.fi.C.de ſen.
36 poſ.¶†Item an per inſtrm treugę probetur guerram præceſſiſſe,
dic,vt per Bar.tenentem,ꝙ ſic.in l.legata inutiliter.de adi.leg.per
37 Cy.Bal.& Imo.in d.l.cum tale.§.fi.†Item an per librũ in quo ſcri
buntur rebanniti illos fuiſſe bannitos, vide Sal. tenentem ꝙ ſic,
in l.moneor.C. de ſer.expor. ¶Vbi ẽt alia in hac materia ponit.
¶Et in quantum.s.reprehendit gloſſ.in d.§.ſuſcepto.adde ꝙ eam
reprehendit etiam Bal.in d.l.exceptio.

Papiniani. LEX CXVII.

SI centum homines Obligatio generis ante electionẽ inter hæredes actoris diuiditur numero, poſt electionẽ vero pro hæreditarijs portionibus hoc dicit.

Papiniani. LEX CXVIII.

Liber homo qui bona. Liber homo bona fide poſſeſſus promittendo poſſeſſori etiam ex re illius,vel ex opera ſua ſibi obligatur ciuiliter,& naturaliter,licet ſecus econuerſo ſi poſſeſſor ex dictis cauſis illi promittat,ſed ſeruus fructuarius,vel alienus bona fide poſſeſſus promittendo fructuario, vel poſſeſſori ex dictis cauſis non obligat verum dominium etiam de peculio.h.d.¶In tex.ibi,quẽadmodum.pro intellectu,& limitatione huius literę vide Bart.in l.frater.s.de condit.indebi.

1 *Dies ſtipulationis interpoſitæ licet exprimatur in ſtipulatione non facit eam cenſeri eſſe factam in diem.*
2 *Tempus in dubio præſumitur eſſe adiectum cauſa demonſtrationis.*
3 *Obligatus pure an habeat aliquod tempus ad ſoluendum,& quantum.*
4 *Iudex citando aliquem ad audiendum ſententiam hodie,vel cras tenetur expectare partem vſque ad finem diei.*
5 *Citatio non cõtinens diẽ in qua citatus cõparere debeat tãquã obſcura,eſt nulla.*
6 *Citatio ſine hora valet, quia intelligitur de hora congrua qua põt competere.*

1 **§.Decem hodie da.** †Dies ſtipulationis interpoſitæ, licet exprimaᷣ in
ſtipulatione non facit cenſeri eam eſſe factam in diem,ideo debi-
tor poteſt etiam eadem die cõueniri, ſed ſi cenſeretur in diem fa
cta,non poſſet conueniri niſi poſt illam diem.hoc dicit.nõ eſt ali
2 bi ſm Dy.& doctores.¶†No.ꝙ qñ tempus poteſt intelligi adie-
ctum cauſa demonſtrationis,& cauſa differendę ſolutionis,in du
bio intelligitur cauſa demonſtrationis.¶Simile in l.fi.§. Titiæ.in
fi.s.de libe.leg.vbi verba quæ poſſunt intelligi eſſe appoſita cau-
ſa demonſtrationis,& cauſa diſpoſitionis,in dubio intelliguntur
adiecta cã demonſtrationis ꝙ vltimum declara, vt eleganter,per
Bar.in l.Centurio.de vulg.& pup.in iij.q.prin.in ver. ſic quęro cir
ca prædicta dixi,ꝙ ſi iſta ſubſtitutio &c.Et ex ibi no. per eum col-
lige,ꝙ ſi dixiſti,promitto decem dare hodie,qa illud hodie referᷣ
ad verbum executiuum.ſ.dare,videbiᷣ adiectũ cã differendæ ſolu
nis,& ita intelligr text.in l.non vtiq;.§. ſi quis ita ſtipuleᷣ.s.de eo ꝙ
cer.loc.& l.fi.§.ſi inter eos.j.eo.quæ alias multũ obſtarẽt huic lrę.
ꝙ no.p limitatione huius.§.ad qđ ẽt vide Bar. hic.¶In tex.ibi,pe
ti non debet &c. de hoc qñ agi poſſit ex oblone in diem vide ple
3 ne p Bar.in l.ita ſtipls.in j.& ij.q.prin.s.eo.†vbi ẽt tangit an obli-
gatus pure hẽat aliqđ tps ad ſoluẽdum,& q̃tum, de quo aliquid
4 p Imo.& ibi dixi in d.l.ita ſtipls.†Et inducitᷣ iſte tex.hic p Bar.ad
qõnem,iudex citauit partẽ,vt hodie compareret ad ſniam,an iu-
dex teneatur expectare partem vſq; ad finẽ diei anteq̃ pronun-
ciet,de quo dic,vt hic p eum tenentẽ ꝙ ſic, & cũ eo cõiter tráſeũt
oẽs,quib.adde concordantias quas allegaui in l.qui hoc anno.s.
5 e.¶†Subdit Bar.hic notabiliter, qđ citatio non continens diem
a in qua citatus cõparere debeat tanq̃ obſcura non tenet,*per l.aut
qui aſr.§.j.s.ꝙ vi aut clam,vt ibi ẽt not.Bar. & idem ſenſit in l.qui
ante calendas.ad fi.s.eo.pro iſta opi.vᷣ tex.in l.ij.in ver.certo die-
rum ſpatio.C.vbi in rem actio.per quem tex.ita tenet ibi Bal. Ad
idẽ tex.in l.fi.in ver.certum tps.C.de iur.do.impe.quẽ ad hoc ibi
ponderat Bal.ad idem.l.iiij.in ver.qn.C.de diſtrac.pig. & tex.in §.
ſi vero ẽt quidam.in ver.inducias certas.in auc.de exhi.reis. & l.p
interuallum.s.de iudi.& l.cõſentaneum.in ver.tpib.C.quo,& qñ
iud.& ita tenet ibi Bal.in j.not.& l.ſi ea.in ver. certa tpa.& ibi.de
hoc per Bal.C.qui accu.non poſ.& iſtam opi.ſequiᷣ Pe. & Cy.in
l.dies.C.de ferijs.per l.ita ſtipls.in prin.s.eo.quæ nihil facit.Quia
vitiaᷣ ibi ſtiplo ſine die,quia actum erat inter partes,ꝙ in ſtiplone
apponereᷣ dies,aĺs aũt ſi non eſſet actum,ſtiplo ſaltem iudicialis
puta de ſiſtendo die non adiecta valeret.l.de die.in prin.ſm ij.lec.
s.qui ſatiſ.cog.Itẽ pro s.dicta opi.ꝙ debeat apponi dies facit text.
in cle.q̃uis.in ver.nullo certo termino,cũ gl.i ver. aut ſi &c.de ap.
& hãc opi.tenuit ẽt Bal.hic.¶In ꝯrium vᷣ tex.in c.eos.de ſent.ex
cõ.& iſtã ſecundam opi.tenuit Spe.& Io.An.in tit.de citatione.§.
viſo ver.quid ſi non præfixus.volentes citationẽ tenere,& citatũ
teneri ad ꝯparẽdũ q̃ primũ cõmode poterit Ang.hic quẽ ſimplr
ſequitur Raph.& Pa.de Ca.hic ꝯcordat opi.ſ.ꝙ hæc ſecunda.opi.
procedat quo ad hic,vt poſſit iudex citatũ tanq̃ contumacẽ mul
ctare.Sed pro opi.procedit quo ad hic , vt poſſit iudex procedere
ad alios actus iudiciales ꝯ citatũ tanq̃ ꝯ cõtumacẽ iuxta.l.prope-
randũ.§.& ſi quidem.C.de iud.Nã iudex non poterit.Et licet paſ
ſus videaᷣ dubius tñ indiſtincte puto verã eſſe opi.Spe. & Io.An.
q̃ ẽt tenuit ipſemet Io.And.& oẽs Cano. cõiter in c.cũ parati.de
app.dicẽtes de hoc eſſe tex.ibi in fi.Ad idẽ text.in c.cũ dilecti.vbi
hoc ẽt tenuit Io.And.de do.& ꝯtu.p hoc ẽt tex.in c.ij.de teſt.cog.
& in c.accedẽs.de ꝓcu.& in c.q̃uis.ad fi.de of.or.in vj.& lxxxviij.
diſt. perlatũ. & ſic debebat cõparere intra modicũ tps.i.q̃ primũ
poterit ſine magno incõmodo.l.ſi peculium.§.fi.s.de ſtatu libe.l.
continuus.§.cũ ita.j.eo.& iſtã opi.tenuit ẽt Inn.in c.cũ in tua.qui
ma.accu.poſ.Bal.& Imo.in l.qui añ calendas.s.e.& in l.hęc ꝯdõ ſi
in Capitolium.p illũ tex.s.de ꝯd.& dem.& in l.ij.in prin.s.de hę.
inſt.Ang.in l.pe.C.de anna.exce.& Ant.de Bu.in c.fi.de ferijs.Bñ
facit.d.l.de die.inducẽdo, vt dixi.Non ob.iura allegata in ꝯrium,
qa licet faciãt mẽtionem de certa dilatione ſtatuenda,non tñ ne
gant, quin ẽt valeat licet ſine die actus factus ſit. Non ob.d.l.aut
qui aſr,qa põt rñderi ſm Imo.in d.l.qui añ calẽdas.ꝙ aliud eſt in
citatione q̃ fit iudicis authoritate q̃ magis arctat q̃ nunciatio no.
ope.de qua loquiᷣ illa.l.Nam in iudice veriſimile eſt, ꝙ vult ex-
pedire q̃ citius poterit cũ hoc offõ ſuo incũbat.d.l.properandũ.§.
j.c.fi.de do.& ꝯtu.ſed nõ eſt ſic veriſile ꝙ pars voluerit facere opus
cũ primũ poterit, qa illud a mera ipſius voluntate pendet. Non
ob.ꝯcord.Ang.qa nõ vᷣ vera p iura ſupius all.Itẽ qa ea.rõne qua
ꝯ eũ tanq̃ contumacẽ poſſet ꝓcedi ad mulctã,ead.rõne deberet
poſſe ꝓcedi ad alios actus.Ro.tñ in l.j.§.nunciatio. ſimplr ſeque-
baᷣ iſtã cõcordiã Ang.hic licet de ipſo mentionẽ non faciat. Sed
nõ placet,vt dixi,& maxime p c.cũ dilecti.Fallit hæc ꝯclo niſi ap
pareret diem fuiſſe omiſſam p errorẽ,qa non valeret citatio. p d.
l.ita ſtipls.ſm Ant.de But. in c.fi.de ferijs.Ang.ẽt tetigit hanc qõ-
nem in d.l.aut q̃ aliter.& ibi nihil firmat.Tangit ẽt ipſe hanc qõ-
nem in repe.l.j.§.hæc ſtiplo.s.ſi cui pluſq̃ p l.Fal.& ibi tenet ꝙ ci
tatio non teneat p aliqua ex iuribus.s.all.Fallit ſm eũ qñ iudex mã
dat,vt compareat corã alio iudice.d.c.eos.Item fallit ſm eum qñ
quis citaᷣ,vt cõpareat non ad videndu aliquẽ actũ fieri, ſed ad ꝯ-
dicẽdũ actui facto,vel qñ citatur gñaliter,vt cõpareat ad cauſam.
Nã iſtis caſib.dicit eſſe veram opi.Spe.& nil aliud alleg.tamen te
6 ne ꝙ dixi.†Sed quid ſi apponitur dies & non hora?dicit, ꝙ intelli
gitur

ADDITIO.

a Hen.Fer. ¶Non tenet. De hoc articulo vide late per Prępoſi.Mediola.in cap.vlti.not.extra de app. & ibi an valeat citatio non expſſo loco ad quẽ pars citaᷣ.

a git de hora cõgrua,& solita ſm Inn.ª in c.cum nobis.de ele.not.
per Bal.in l.j.& in l.si vt proponis la.ij.C.quõ, & qñ iud.& in c.j.
de mil.vaſ.q. ꝯtu.& in l.iij.ver.sed nũquid.C.de fru.& lit.expẽ.sed
vbi non appareret de hora congrua,vel plures essent horę cõgruę
tunc Bart.in l.qui aſi calendas.in fi.vr sentire, ꝙ citatio sine hora
non valeat ꝓp incertitudinẽ,& istud eẽt verũ tenendo opi. suam
ſ.ꝙ citatio sine certo termino sit nulla.Sed tenendo opi. q̃ tenui.
s.citatio valeret, & intelligeretur de illa hora in qua posset q̃ pri-
mũ cõmode cõparere, ꝙ no. quia non reperies alibi declaratam.

ADDITIO.

a Hẽric.Fer. ¶Secundum Inn. Adde tu Ab.in c.consueuit.de off. dele.& Fely.
in c.cũ M.Ferra.versi. & citatus.extra. de consti.vbi ꝙ citatus simpliciter nõ ex
pressa hora intelligitur pro prima qua iudex solet sedere.

1 *Datio quando confertur in personam stipulatoris dicitur stipulatio continere certum,sed si in personam alterius dicitur continere incertum,id est interesse.*
2 *Interesse extrinsecum venit in pecunia,& alijs rebus.*

1 §. Decem autem. †Quando datio ꝯfert in pſonã stipulatoris dr̃ stipſo continere
certũ,sed si in pſonã alterius dr̃ ꝯtinere incertũ.i.interesse.h.d.Et
2 ad istũ tex.vide Bal.in l.iij.C.de inuti.stip.†Et inq̃tum Bar.hic, &
in l.j.C.de sen. q̃ pro eo. dixit ꝙ in pecunia nõ cadit interesse in-
trinsecum ideo bene venit extrinsecum,vt hic, & l.nũmis.s̃.de in
litẽ iuran.secus in alij reb.in quib.cadit intrinsecũ.l.si sterilis.§.cũ
ꝑ venditorẽ.de ac.emp adde ꝙ verior est ſolũ ſm Rap. & Pau.de
Ca.hic,ꝙ qñ quis stipulaẽ alteri semper venit interesse extrinsecũ
non solum in pecunia.vt hic, sed ẽt in alijs reb. in quib.cadit in-
trinsecum.l.stipſo ista.§.si quis insulam.s̃.eo.& q̃tum ad istũ text.
placet hæc ſolũ,sed q̃tum ad.l.nũmis non vr̃ ꝙ Bat.& cõiter doc.
bñ dicãt,q.a si q.s ꝓmittit mihi.x.aureos hic cadere iteresset extri
secũ,cũ valor floreni possit crescere, & decrescere, vt de se patet.
Et clare firmat Bar.in l.Paulus. de sol. vbi fatetur quod cadit in-
trinsecum,ergo.l.nummis, est ꝯ d.l.sterilis.cogita pro solutione.

Papiniani. LEX CXIX.

1 *Clausula generalis non refertur ad specificata.*

1 DOli clausula. †Clausula gñalis nõ referẽ ad specificata.h. d. Et vide
in materia no.Bar. in l.Titia.§. qui Marco.alias est.l,
qui Marco.de annu.leg.& in l.iij.alias. iiij.j̃.de stipu.
ser.& quæ not.Bal.in l.pactum.in xiiij.& xlv.q.C.de
colla.& l.j.in fi.C.quæ sen.resci.non pos.reliqua dic,vt hic ꝑ Bar.

Papiniani. LEX CXX.

1 *Conditio de præsenti,vel præterito,non est proprie conditio.*

1 SI ita stipulatus. †Conditio de præsen-
ti, vel præterito non
est proprie conditio, & si deficiat reddit inutilem sti-
pulationem ab initio etiam facta si partes rei verita
tem ignorauit hoc dicit.

Papiniani. LEX CXXI.

1 *Ex stipulatione dolum malum abesse si contrafiat datur actio ad interesse.*
2 *Instrumentum qui promittit facere ad sensum sapientis,si non facit, tenetur ad interesse,sed tunc quid debeat declarare sapiens apponendum esse in istrumẽto.*
3 *Venditor tenetur facere instrumentum venditionis emptori,& cogitur consentire,ꝙ in instrumento apponatur omnia quæ sunt de consuetudine.*

1 EX ea parte. †Ex stipulatione dolum mal
abesse si ꝯfiat datur actio ad in
teresse.h.d.ſm j.lec.gl. Vel sic, qui ꝓmittit facere in-
strumentum ad sensum sapientis,& non facit tenet
ad interesse.h.d.ſm secundã lec.gl. Vel sic ſm doc.q
2 promissionis instr̃m nõ vult facere ad interesse tenet.h.d.¶†No.
valere ꝓmisionẽ, si promitto facere instr̃m ad sensum sapientis.
¶Quid aũt possit tũc declarare sapiens apponendũ esse in instro
vide ꝑ gl.& doc.in l.illa insti.la.ij.de hære. insti.& in l.si mandato
Titij.s̃ si.s̃.man.ꝑ Spe.de em.& ven.§.sciẽdũ.ver.quid si in instro.
& ver.seq.& ibi ꝑ Io.And.& in tit.de instr.edi.§.postremo.ver.q.d
si a ꝯhenti b.ꝑ Bal.in l.sancimus.C.de ver. sig. & in l.cum quid.si
cer.pe.& l.Imperator.s̃.de sta.ho.& l.pe.C.de execu.rei iudi.& in
l.ꝯctus.C.de fide inst.& i l.humanitatis.C.de impube.& i rub.C.
de reuo.his quæ in frau.cre.ꝑ Ang.in d.l.ꝗequid astringendę.s̃.e.
3 ¶†No.ſm.ij.lec.ꝙ si quis vendit mihi rẽ,cogiẽ ad faciendũ mihi
instr̃m venditionis,de quo late ꝑ Bar.in l.si finita.§. eleganter.cũ
cõcordantijs.s̃.de dã.infec. Et in instro cogiẽ consentire ꝙ appo-
nantur oĩa, quę sunt de consuetudine.l.ꝙ si nolit.§. qui assidua.s̃.
de ędil.edi.& optimus tex.in l.fi.in fi.& vide oĩno Bal.C. de fide-
iusso. De quo plene ꝑ Bart. in l.prius.§.recte.s̃.de aqua plu.arc.&
per Bar.in l.de die.in prin.s̃.qui satis.cog.per Bal. in l.huiusmodi.
in prin.de leg.j.& in rub.C.de his quæ in frau.cred.& in l.ij.C.de
fal.& in l.fi.C.dę execu.rei.iudi.& in d.l.cum quid.& in rub.C.de
fide instr.in ver.sed tertio quæritur.Et in d.l.ꝯctus.& in d.l.pactũ
in xvj.q.& in l.j.s̃.sol. matr. in quibus locis etiam tangitur an co
gatur ille ad consentiendũ, ꝙ in instrumento ponatur obligatio
bonorum,vel pœna.& quid si notarius apponit prędicta tanquã
consueta,licet partes nihil de eo dixerint.

1 *Maritus potest se obligari vxori ad pœnam si concubinam tenuerit.*
2 *Stipulatio collata in tempus mortis quando committatur.*

1 §. Mulier ab eo. †Põt maritus se obligare vxori ad
2 pęnã si concubinam tenuerit.†Et
stipſo collata in tp̃s mortis cõmittiẽ ꝑp nãlem tm̃, non ꝑp ciui-
lem.ex dolo defuncti tenetur hæres virtute stipulationis de dolo
sic in alijs ꝯctib. tenet ex dolo defuncti.h.d. vsq. ad.l.qui Romæ.
¶Explicitnt supradictæ.ll.doct. acutissimi dñi Alex.Tartagni in
alijs codicib.nun reperię,sed a fidelissimis exemplaribus habitę.

Scęuolæ. LEX CXXII.

1 *Promittens certo loco, & certo tempore soluere, potest alio loco ante terminũ soluere si stipulatoris interest non solui, ita & oblatio facta non congruo loco. & tempore non prodest offerenti. 4.*
2 *Oblatio verbalis non tollit cursum vsurarum, & oblatio verbalis sufficit sicut realis quando creditor dicit se nolle recipere solutionem.*
3 *Locus contractus quo ad conuentionem dicitur vbi est destinata solutio. fallit in contractu dotis.*
5 *Creditor cogitur recipere solutionem etiam alibi, & ante tempus quando debitor vult soluere pecuniam cum omni interesse quod prætendere posset creditor ratione loci, vel temporis.*
6 *Emphyteuta qui tenebatur soluere singulis annis pensionem an possit ab initio soluere pro pluribus annis.*
7 *Pactum quod non liceat debitori luere pignus suum in perpetuum non valet.*
8 *Creditor an & quãdo cogatur recipere solutionẽ ante tp̃s, & restituere pignus.*
9 *Debitor an & quando possit soluere sortem ante tempus & retinere vsuras*
10 *Pactum de retrouendendo factum, inter emptorem, & venditorem an operabitur, quod fructus debeant computari in sortem.*
11 *Solutio debet fieri in loco vbi fuit conuentum, limita, vt hic.*
12 *Creditor non potest cogi recipere vinum ante tempus nec aliquid quod cursu temporis possit deteriorari.*

1 QVi Romæ. †Promittens certo loco,& cer-
to tp̃e soluere. põt alio loco añ
terminũ soluere si stipulatoris interest non solui,ita
& oblatio facta non congruo loco,& tp̃e non ꝓdest
offerenti.h.d.Et est not.casus. In text.ibi, acceperat.
ſ.sub. vsuris menstruis quas statim soluit pro tp̃e puta duorum
mensium,vt innuit tex.in ver.detracta.¶In text. ibi detracta &c.i.
2 computata,vt colligiẽ ex gl.in ver.integram.¶†In tex. ibi obtule
rit intellige realiter offerendo pecuniam non verbaliter,quia ver
balis oblatio non tollit cursum vsurarũ.l.qui decem.§.j.ver. item
sinsum.de sol.ꝙ no.plene Bar.in l.ꝑtor.§. si quis paratus.s̃.de ope.
no.nun.& in l.acceptam.C.de vsu.& si non intelligeretur hoc de
reali obl̃one,casus iste non habuisset dubium, vel põt ſm Rap.&
Pa.de Ca. hic not. intelligi ꝙ hic sufficit obl̃o verbalis tm̃,& non
fuit necessaria realis,quia creditor rñdit se nolle recipere,& ita in
telligendo probabit iste tex.no.ſm eos,ꝙ obl̃o verbalis sufficit si-
a cut realis qñ creditor rñdit se nolle recipere,ꝙ est bene no.ª pro li
mitatione.d.l.qui decem.& pro hoc all.hic Rap. ꝙ hic hr̃ in c.j.de
eo qui mit.in pos.causa rei ser.& ꝙ no.Bar.j̃.ea.l.j.§.fi.¶Voluit al.
leg.nut.per Bar.in ea.l.§.Sęia.in j.q.pro hoc ẽt Pau.de Cast.alleg.
no.per gl.fi.in fi.s̃.de resti.in integ.quę vult ꝙ semel citatus qui re
spondet se nolle comparere nõ fit vlterius citandus licet si ita nõ
rñdisset esset vlterius citandus.Adde ẽt pro ista conclusione glo.
fi.in c.pastoralis.de offi. ordi.hic ẽt expresse voluit Bal. in l.vnica.
C.ne lice.tertio prouo. vbi ad hic alleg.l.si residuum.C. de distr.
pig.& l.fundus.s̃.de rescin.vend. nam intelligit ipse ꝙ ibi sufficiat
verbalis oblatio,quia creditor recusauit accipere,ꝙ not. pro intel-
lectu illorum iurium.Facit ad hoc.l.qui solidum.in prin.cum ibi
3 no.Bar.s̃.de leg.ij.& c.eum qui.de dolo,& contu.lib.vj.¶†Itẽ no.
ſm Ange. ꝙ licet Roma sit cõis patria .l.Roma.j̃. ad municip. tñ
b si ibi ꝯhaẽ ᵇ dummõ solutio destinet alibi, non dr̃ in effectu Ro-
mæ

ADDITIONES.

a Fra.Cur. ¶Bene notandum. Contra hoc facit ꝙ voluit Bal.in l.deberi.C. de
fide.lib &c in l.si s̃.de in inte.resti.præterea ista videtur diuinatio ꝙ hic creditor
respondent se nolle recipere.item oblatio legitima habetur pro non facta.l.si so
luturus.in fin.de sol.l.Titiæ textores.de leg.a.j. ergo si creditor nulla facta obla-
tione reali, vel verbali protestaretur se nolle recipere non constituetur mora
iuxta not.per Bald.s.ergo:dem si præcedat oblatio legitima cogita tamen.Et vi
de tu Alexa. & quę ibi notaui in l.si mora.s̃ solut.matrimon.& vide Alexan.j̃.
vinum.s̃.si cert.petat.

b Tho. ¶Si ibi contrahatur. No.quod idem esset si contrahatur Venetijs,& so-
lutio destinetur alibi non posset conueniri Venetijs,etiam stantibus legibus Ve
netis prout plene dixi in tractatu meo de libertate, & priuilegijs Veneto.in
xiv.priuilegio.

me contractum quantum ad hoc vt inuito ſtipulatore poſſit ſol
ui,niſi ei ſoluat̃ oīs vtilitas q̃ rōne loci verſaret̃ in hac ſolōne, vt
in hac.l.cu ibi.not.& ita intelligit̃ ſm eum tex.in l.continuus.§.
cū ita in ver.vndiq;.j.eo. Subdit tñ q̃ in dote eſt ſpāle vt locus in
quo celebrat̃ ꝯtus dotis dicat̃ ēt locus ꝯtus quo ad ꝯueniēdi fa
cultatē.ꝑ tex.no.i l.exigere.ṡ.de iudicijs. de quo vltimo ſe remit
tit ad no.ibi,maxime in ſuis reportatis Paduanis.Facit ad prædi
4 cta.l.ꝯtraxiſſe.ṡ.ti.j.cū ibi no.¶ †Itē not. q̃ oblatio facta non ꝯgruo
loco & tpe nō valet,vt hic,& l.ſi ſolutus.j.de ſol.facit.l. cū filius.
§.fi.& ibi dictū fuit.ṡ.e.¶ Itē potes vltra doc.ex iſto text.colligere
in ver.integrā.q̃ creditor nō tenet̃ recipere partē debiti ibi obla
tā,ſed totū offerri dēt vt hic,& l.tutor.§.Lucius.ṡ. de vſu.de quo
5 dr̃ plene in l.q̃dā ęſtimauerunt.ṡ.ſi cer.pet.cū concor.¶ †In gl.in
verſ.obtulerit.in prin.inuit gl.q̃ ſi in terminis huius.l.debitor añ
diē Romæ obtuliſſet pecuniā cū omni intereſſe q̃ ꝑtendere poſ
ſet creditor rōne loci,vel tpis tunc cogeret̃ creditor recipere Ro
mæ & ēt añ tp̄s.hoc tenet Bar.hic dicēs q̃ ita innuit text.hic vet.
detracta.facit ſm eū.l.fideiuſſor.ṡ.de do.exce. & ita cōiter vīr trā
ſire doc. Alij.tñ vt Rap.hic ꝯriū tenuerūt,q̃a ſm hoc creditor gra
uaret̃ ad docēdum de intereſſe ſuo q̃ habet rōne loci, & ſic cū do
ceret̃,ſimplex oblatio facta ſine intereſſe valeret, hic āt vr̃ ſm eū
abſurdū q̃ quis teneat̃ docere de intereſſe qñ ſibi expſſe ꝓuidit.
Nec ad hoc ob.l.is q̃ certo de eo q̃ certo loc.alle.in gl. Quia illa
intelligit̃ creditore volente nō inuito,vt hic. Vel ibi loqt̃ qñ lo-
cus fuit appoſitus fauore debitoris. vñ nō mirū ſi pōt in alio lo-
co ſoluere vt ibi & ita intelligit Bar.ibi ſicut etiā videmus qñ tp̄s
eſt fauore debitoris appoſitū pōt añ tp̄s ſoluere.l. ſtipulatio iſta.
§.inter cætera.ṡ.eo.ꝓcedit.n.arg.de tēpore ad locum.l. vinum.ṡ.
ſi cer.pet.Paul.de Caſt.hic reſpondet ad arg.Raph.q̃ intelligitur
hic qñ erant creditor,& debitor cōcordes de intereſſe, vel ſi non
erant concordes,& vellit debitor alio loco poſſe ſoluere tenetur
ſtare facto creditoris de intereſſe q̃ ꝑtenderet creditor,nihil tñ al
legat.& iſtę duę reſponſiones non carent diuinatione. Vñ cōclu
do non eſſe recedendū ab opi.q̃ tenuerunt gl.& doc.in l.ſi pecu
niā.ṡ.ſi cer.pet.& in.d.l.is qui.ad obiectū Rapha. rñdeo q̃ ſi circa
probationem intereſſe q̃ habet neceſſe facere actor patiat̃ aliquā
impenſam vel dānum tenebitur debitor ad illud ſoluendū & of
ferendū ſi vult in alio iti loco vel añ terminū ſoluere.facit.l.quā-
titas.cū ſi.ṡ.ad.l.fal.vbi aūt nō ꝓbaret creditor intereſſe q̃a paria
ſunt nō eē,vel eē,& non apparere.l.in lege.ṡ.de ꝯhē.empt.l. duo
ſunt Titij.ṡ.de teſta.tutel.l.cum ret. verſic.item ſi res.& ibi nota.
Bar.ṡ. de lega.j. Nec placet q̃ intereſſe hoc probetur per ſacra-
mentum vt dicebat Pau. de Ca.q̃a cū non appareat de dolo de-
bitoris non debet ꝯ eum ꝓbari intereſſe per iurm̃ ſolum.l.ſem-
per.§.in hoc interdicto.& ibi gl.ṡ.q̃ vi aut clā.& inſt.eo.§.fi. & ibi
6 no.& plene no.in l.vna.C.de ſenten.q̃ pro eo q̃ intereſt.¶ †Itē ea
dem ibi,cum nihil interſit creditoris &c.cum gl. trāſeunt cōiter
doc.hoc tñ intelligit verū Io. de Imo. ſi tēpus duorū menſiū fuit
adiectū,vel dies fuit appoſit' gratia debitoris, vel ſi vſurę reſidui
temporis offerebant̃,aliās videret̃ ſecus ꝑ dictā ꝑ gl. in ſuperiori
parte. Tñ inquantum Io. de Imo.dicit hanc gl. procedere ſi reſi-
dui tpis vſurę offerebant̃,& non aliter:certe non probat hoc per
legē aliquam,nec puto eē verū,quia ſi volo ſoluere vſuras men-
ſtruas pro duobus mēſibus futuris & nō pro tribus nihil repu-
gnat. Nec in hic verſat̃ intereſſe creditoris quin poſſit ſolui vſu-
ra ꝓ duob.menſib.tñ,& patet hoc ex no.per Bar. in l.eū qui.als
incipit Iabolennus.ṡ.de annu.leg.& in l.ſtatuliberos.§.q̃ ſi ſeru'.
ṡ.de ſtatulib.dum tractat an emphyteuta qui tenebat̃ ſoluere ſin
gulis annis penſionē poſſit ab initio ſoluere pro plurib. annis,
de quo per Spec.in tit.de loco.§.nunc aliqua verſic.33. per Guli.
de Cug.Bal.in l.plures.C.de fide inſtrumen.& Bal.in l.ſi quis ar
gētū.C.de do.& in l.ij.C.de iure emph.& in l.filiusf.§.diui.de le.
j.ꝑ Pet.de Anc.& Io.de Imo.in c.potuit de loca. & facit qd̄ not.
Bar.in l.ſi cū ꝑfinitione.in fi.ṡ.qñ dies leg.ced.ꝓbat̃ ēt: q̃a ſi pro-
mitto tibi vſuras menſtruas quot ſunt mēſes tot ſunt ſtipłones
& debita.l.vbi aūt.§.pe.cum gl.& ibi clare Bar.ṡ.e.ergo pōt credi
tori inuito debitor ſoluere vſuras vnius menſis ſine vſuris alte-
rius menſis, quia qñ ſunt plura debita poſſum inuito creditore
ſoluere vnū ſine alio.l.fi.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.& no.in d.l.q-
dam ęſtimauerunt. Et hic intelligo ſaluis his,que ſtatim.j.dicam.
Pau.de Ca.hic dicit q̃ licet doc.cōiter trāſeāt cū hac gl.tñ de hoc
dubitandū eſt,q̃a gl.ſentit quod ſi debitor vult ſoluere vſuras ꝓ
futuro tpe,creditor cogat̃ accipere, q̃a ſua nō intereſt recuſare,
nā ſm Pau.de Ca.vr̃ qd̄ interſit q̃a vſuras recipiēdo, vr̃ facere pa
ctū de non petendo ſortē durante illo tpe.l. qui in futurum. in
